

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Jacobi Altingi Synopsis Institutionum Chaldæarum Et
Syrarum**

Alting, Jacob

Francofvrti Ad Moenvm, MDCCI

VD18 12825980

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-14746

JACOBI
ALTINGI
SYNOPSIS
INSTITUTIONUM
CHALDÆARUM
ET
SYRARUM.



FRANCOFURTI AD MOENUM,
Sumtibus FRIDERICI KNOCHII.
Typis MARTINI JACQUETI.

ANNO M. DCCCI.

**EX BIBLIOTECĀ
OLDENBURGENSI**



Benevolo Lectori S.

Quum ineunte anno 1643. Professionem Linguarum Orientalium in hac Academia auspicarer præter Hebræam mihi etiam docendam esse vidi Chaldaeam. Huic enim in Veteris Instrumenti Libris datus est locus, non tantum sparsis hinc inde quibusdam sive vocabulis, sive vocabulorum formationibus, sed etiam insertis integris sententiis ac capitibus: ut manca mutilaque sit intelligentia Vet. Test. nisi Chaldaæ quoque linguae aliqua fuerit parta notitia. Quamobrem ne quid deforet Studiosis Prophetici sermonis, quorum mihi demandata fuerat institutio, illicò cogitare cœpi de adoranda Synopsi Chaldaicâ, nec non Syriacâ: quoniam adeò affine est, & tantum non idem cum Chaldaeo idioma Syrum, sola propemodum dialecto discrepans, cuius exempla in novo Test. occurrunt, ex quo prima hujus versio expressa fuit. Insistens igitur Celeberrimorum Virorum Johannis Buxtorfi Patris, & Ludovici de Dieu vestigiis, utramque concinnavi, ac censem tam misi Nob. & Clarissimo Constantino L'empereur ab Oppyck, hujus approbationem quoque nactus anno Professionis meæ primo. Ab eo tempore in Collegiis privatis, Chaldais, Syrisque, Synopseōn illarum copiam feci auditoribus, qui abundè manuductionis ita sibi subministratum agnoverunt, & grati prædicarunt. Etsi verò non hi solum postularent, verùmetiam ipse Celeb. L'empereur censuisset optimè de literis istis me meritorum, si publici juris facerem: quandoquidem nihil tam exactum & compendiosum existaret, quod privatim & publicè juventuti istarum linguarum studiosæ proponi posset: persuaderi tamen mihi passus non sum, cum quod tantam laudem